



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiaë,||**

**Molanus, Johannes**

**Antverpiae, [1592]**

De victoria Theodorici Regis, contra Cochlanicum Danorum Regem in agro  
Antuerpiensi. Capvt II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38114**

que Galliarum partem, à fluuio scilicet Ligeris, vsque ad Pyrenæorum iuga montium obtinebant.

*De victoria Theodorici Regis, contra Cochlanicum Danorum Regem in agro Antuerpiensi.*

CAPVT II.

**C**LODOVEVS pius Rex cùm triginta annis regnasset, & regnum Francorum per omnes Gallias dilatasset, hæredes instituit, à Regina vidua sancta Clotilde, liberos quatuor, è quibus Childebertus Parrhisus, Clotharius, Sueffionis, Clodamirus Aureliæ, & Theodoricus Metis regni sedes posuerunt.

*Hic fuit secundus Rex Christianus, cui Brabantii subfuerunt.*

Quibus secundum annum regnantibus, Theodoricus Rex, Clotharij frater, Cochlanicum regem Danorum Gallias vastantem peremit. Id quod latius his verbis profequitur S. Gregorius Turonum Episcopus: Danicum Rege suo nomine Cochilaico, classe nauali per mare Gallias appetunt. Egressique ad terras, pagum vnum de regno Theodorici deuastant, atque in suam redigunt potestatem. Oneratisque nauibus, tam captiuis quam reliquis spoliis, ad patriam reuertuntur. Sed Rex eorum in litore residebat, donec naues altum mare comprehenderent, ipse mox secuturus. Quod cùm Theodorico nuntiatum fuisset, quòd scilicet regio eius

*Anno 516. Sigebertus.*

*lib. 3. cap. 3.*

A 2      fuisset

fuiſſet ab exteris deuastata, Theodebertum filium suum in illas partes cum valido exercitu, ac magno armorum apparatu direxit. Qui interfecto Rege hostes nauali prælio superatos opprimit, omnemque rapinam terræ restituit. Idem refert Adonis etiam Chronologia, qui sub Rege Ludouico & Carolo simplici in Episcopatu sedit, vt ceteros scriptores, qui eiusdē rei testimoniū libris suis consignarūt, breuitatis gratia silentio præteream.

lib. 7. c. 2.

Addit autem Goropius, Origines Antuerpianas describens, hac victoria Austrasianum ad Antuerpiam potitum, anno quingentesimo decimo sexto, Marchionatum, hoc est, limitis præfecturam, Valoni primario Duci vnà cum sorore sua in matrimonium tradidisse, ne si qua rursus irruptio contingeret, à maioribus, quæ in Italiam cogitabat, abstraheretur. Et ex horum copula diuina stirps Caroli Magni pullulauit.

*De reliquis filiorum CLODOVEI sacris  
contra infideles bellis.*

C A P. I I I.

*Hi quatuor  
filij secundo  
loco in Frā-  
esa Christia-  
ni regnaue-  
runt.*

**C**REDO etiam ad sacram militiam referenda esse, quæ breuiter ex Sigeberti Chronicis subiiciam.

Anno 10. XXIV. Theodoricus Rex, repescens ab Ermenfrido Rege pactum, cum fratre Clothario insurgit in eum: eoq; post nimiam stragem suorum de bello fugato, &

non